Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectarius cisterciensis - Cod. Lichtenthal 27

Neuburg bei Hagenau (?), [Mitte des 13. Jh. und 15.-17.Jh]

Nachträge (16. und 17. Jh.): Capitula und Collectae zu verschiedenen Heiligenfesten sowie Benediktionen

urn:nbn:de:bsz:31-34963

Visual Library

De sancta barbara ad utrasque uesperas laudes et tertiam oro. Capitulum Quia gloriatur

Deus qui beatissimam uirginem barbaram roseo martirum cruore perfusam hodierna die in thalamo tui regni collocasti: concede propitius: ut per eam suorum apud te ueniam delictorum obtineant: qui eius sempiterne claritati humili deuotione congaudent. Et fideles tuos. Per dominum.

Ad sextam oro. Capitulum

Deus pro cuius fide beatissima barbara martyr manu sacrilega gladioque genitoris occubuit: tribue quesumus: ut cuius memoriam agimus in terris: ipsam interuentricem in cœlis habere mereamur. Et fideles.

Ad nonam oro. Cap. Sapientia.

Deus amator pudicitiæ qui ad declaranda merita beate barbare uirginis ac martyris tuæ

misericordiam ipsam inuocanti
bus promisisti, da quesumus: ita ipsius
interesse festiuitati, ut ab hostium
incursu simus securi. et eius ~~inter~~
intercessione ad gaudia perduca
mur eterna. Et fideles etc. per dominum.

IN Dedicatione altaris Sancte crucis: Collecta. Vidi ciuita[tem]

Omnipotens sempiterne Deus: altare
hoc nomini tuo dedicatum, celestis uirtu
tis sanctifica: et omnibus in te sperantibus
auxilii tui munus ostendas, ut hic et
sacramentorum uirtus: et uotorum ob
tineatur effectus: Per Dominum

De Patronis: Introitus. Letamini in domino

A cunctis quesumus domine mentis et cor
poris defende periculis: et intercessione
beate dei genetricis Marie sanctorumque
patronorum huius altaris, et omnium sanctorum
salutem nobis tribue benignus et pacem ut de
structis aduersitatibus et erroribus uniuersis:
familia tua secura tibi seruiat libertate:

presentacio marie peragitur sicut ipsius nativitas mutato nomine nativitatis in presentacione: ad uesperas et ad missa collecta

Omnipotens sempiterne deus qui presentatam tibi in templo beatam mariam virginem in matrem unigeniti tui placida voluntate suscepisti: concede propicius: ut qui festum sancte presentacionis eius peragimus: ad gaudia celestis patrie pertingamus: per eundem

In dedicatione altaris sancte crucis capitulum Vidi ciui:

Omnipotens sempiterne deus: altare hoc nomini tuo dedicatum celestis + virtutis sancti fica: et omnibus in te sperantibus auxilii tui munus ostendas: ut hic et sacramentorum virtus: et uotorum obtineatur effectus: per dominum Commemoracio de assumpcione beate marie Famulorum

+ benedictione

postea de s. sacramento ℣ panem de celo prestitisti eis
Deus qui nobis sub sac(ramento) Comm(emoratio) de s(an)cta cruce ℣ Qui
passus es pro nobis. Domine Col(lecta) Deus qui unigeniti
in exaltatione crucis Comm(emoratio) de patronis ℣ letami-
ni in domino et exultate iusti. Oremus

A cunctis quesumus domine mentis et corporis defende periculis: et intercessione beate dei genitricis marie sanctorumque patronorum huius altaris et omnium sanctorum: salutem nobis tribue benignus et pacem: ut destructis adversitatibus et erroribus universis: familia tua secura tibi serviat libertate: Per Christum dominum

postea de s(an)cto agapito

Gaude dei genitrix alta quia ...

De Conceptione B. Virg. Col.

℣. In omni tribulatione et angustia nostra? Succurre nob. &c.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens eterne deus. qui per beate Marie semper virginis Conceptionem universum mundum illuminare dignatus es: presta ut quod nostris meritis non valemus obtinere? eius adipisci presidiis mereamur. Per Christum dominum. Alia Coll.

Deus qui beate Marie semper virginis Conceptionem angelico vaticinio antiquis parentibus predixisti: presta huic familie tue eiusdem presidiis muniri? cuius Conceptionis sacra sollennia congrua devotione frequentat. Per Christum

Ad suffragium de passione dñini post uñas et laudes. ℣. Adoram⁹ te xp̃e et benedicimus tibi Quia p crucem et mortem tuam redemis
Gregem tuum pas[ti mundū] Orō tor bone qz pretioso sanguine unigti tui redemisti placatus intende: et oues eiusdem filii tui passione re demptas ab omni inimicorum clem enter tuere insidiis et diabolica non sinas incursione lacerari. Per eūdē

De S: Francisco de Paula Conf:
Collect Ad Lau: T: et Vesp:

DEus humilium celsitudo, qui beatum franciscum Confessorem tuum sanctorum tuorum gloria exal tasti: tribue quesumus ut eius me ritis et imitatione, promissa humi libus premia feliciter consequamur. Et fa:

Super egredientes de coquina.
℣. Saluam fac ancillam tuam.
Deus meus sperantem in te.
℣. Conuertere domine usque quo. Et deprec.
℣. Domine exaudi orationem meam. Et clam.
Deus cui humilium semper ac- Oratio.
cepta sunt vota animarum, respice super huius
famule tue sororis nostre obsequium, et ad tuam
eam fac pertingere graciam: ut que peracte ebdoma-
de seruitia deuota mente compleuit, ple-
nissimam atque largissimam veniam per te
consequatur. Saluator mundi. Qui vi.
Super ingredientes. Oratio.
℣. Saluam fac ancillam tuam. etc.
℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. Et de Syon.
℣. Domine exaudi orationem meam. Et clam.
Misericors ac piissime deus qui Oremus.
utrasque famulas tuas tueris semper et adju-
uas, huius famule tue sororis nostre in bo-
num accumula votum, auge desiderium:
ut recte sororibus suis impendat seruitium
Saluator mundi. Qui viuis et reg. etc.

ora pro nobis Sancta Dei genitrix: alleluia

Collecta de Conceptione B. Virginis Mariæ.

Deus, qui beatæ Mariæ semper virginis Conceptionem, angelico vaticinio antiquis parentibus prædixisti: praesta huic familiæ tuæ eiusdem præsidijs muniri, & cuius Conceptionis sacra solemnia, congruâ devotione frequentat. Per Christum Dominum nrm. Amen.

De S. Agathâ virgine, & martyre.

Antiph. Mentem sanctam, spontaneum honorem Deo, & patriæ liberationem.

Alia Ant. Paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum Virginis, tulerunt velum eius contra ignem: ut comprobaret Dominus, quod à periculis incendij meritis beatæ Agathæ martiris suæ eos liberaret. Kyrie eleison. Christe e. Kyrie e &c.
Pater noster &c. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo. ℣. Ora pr nobis sancta Agatha.
℟. Vt digni efficiamur. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus &c. Oremus.

Intercessionibus beatæ Agathæ virginis & martiris tuæ quæsumus Domine fructum clementiæ tuæ sentiant supplicantes, cuius orationibus in sanctâ Ecclesiâ tuâ etiam eorum devotæ efficiuntur mentes. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia oratio de S. Agathâ.

Oremus

DEus, qui inter cætera potentiæ tuæ mirac[illegible] in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: [illegible]de propitius, ut cuius commemorationem agimus; per eius ad te exempla gradiamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Suffragium.

Pro egrediente de servitio coquinæ

℣ Salvam fac ancillam tuam ꝛ. ℟ Deus meus sperantem in te. ℣ Convertere Dn̄e usquequo. ꝛ ℟ Et deprecabilis esto super ancillam tuam. ꝛ Domine exaudi oratioñem meã ꝛ. ℟ Et clamor &c.

Oremus

DEus, cui humilium semper accepta sunt vota animarum, ꝛ respice propitius super huius famulæ tuæ, sororis nostræ obsequia, & ad tuam eam fac pertingere gratiam: * ut quia peractæ hebdomodæ servitia devotâ mente complevit, ꝛ plenissimam, atque largissimam veniam per te consequatur, Salvator mundi. * Qui vivis, & regnas Deus. Per omnia secula seculorum.

Wanz neüe Dienerinn seint

℣ Salvas fac ancillas tuas ꝛ. ℟ Deus meus sperantes in te. ℣ Convertere Dn̄e usquequo ꝛ. ℟ Et deprecabilis esto super ancillas tuas. ꝛ Domine exaudi orationem meam ꝛ. ℟ Et clamor &c.

Oremus

DEus cui humilium semper accepta sunt vota animarum, ? respice propitius super harum famularum tuarum, sororum nostrarum obsequia, & ad tuam eas fac pertingere gratiam: * ut quia peractæ hebdomadæ servitia devotâ mente compleverunt, ? plenissimam, atque largissimam veniam per te consequantur Salvator mundi. * Qui vivis et regnas Deus Per omnia secula seculorum. Amen.

Suffragium

Pro ingrediente.

℣ Salvum fac ancillam tuam ? Deus meus sperantem in te. ℣ Mitte ei Domine auxilium de sancto ? ℟ Et de Sion tuere eam ? Domine exaudi orationem meam ? Et clamor meus &c.

Oremus.

MIsericors, ac pijssime Deus, qui ubique famulas tuas tueris semper, & adiuvas: ? huius famulæ tuæ sororis nostræ in bonum accumula votum, ? auge desiderium: * ut rectè sororibus suis impendat servitia, Salvator mundi. Qui vivis & regnas Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Wanʒ mer seint.

℣ Salvas fac ancillas tuas ? ℟ Deus meus sperantes in [illegible]
℣ Mitte eis Dñe auxilium de sancto ? ℟ Et de [illegible]
tuere eas ? Domine exaudi orationem m[illegible] ? Et [illegible]

Oremus

MIsericors, ac piissime Deus, qui ubique famulas tuas tueris semper, & adiuvas: ? harum famularum tuarum, sororum nostrarum in bonum accumula votum, ? auge desiderium: * ut rectè sororibus suis impendant servitia, Salvator mundi. * Qui vivis & regnas Deus. Per omnia &c. Amen

Suffragium
pro Lectrice mensæ.

℣ Salvam fac ancillam tuam ? ℟ Deus meus sperantem in te. ℣ Mitte ei Dne auxilium de sancto ? ℟ Et de Sion tuere eam ? ℣ Converte te Dne usquequo ? ℟ Et deprecabilis esto super ancillam tuam ?

DOminus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, * & auferat à te spiritum elationis ℟ Amen

Per octauam S Bernhardi In primo nocturno An: In testamentis

An: Exaltauit An: Quasi oliua

Iustum deduxit Benedictio Omnipotens dns nos benedicat et ab omni malo defendat

Lectio Vir sapiens erudit plebem suam et fructus sensus illius fideles sunt Vir sapiens implebitur benedictionibus et uidentes illum laudabunt Sapiens in populo hereditabit honorem et nomen illius erit uiuens in eternum Tu autem R Gloria et ho

In secudo nocturno An: Atta capituli

Qui timet deum faciet bona et qui continens est iusticie apprehendet illam et obuiabit illi quasi mater honorificata V Amauit Collecta

Beati Bernhardi confessoris tui dne precibus adiuuemur / vt quot possibilitas nostra non obtinet / eius nobis intercessione donetur: per dnm

Ad laudes et horas sicut in die

Ad benedictus an Benedictus

Ad iij Hym: Nunc Sancte Ad mag: An Exultet in dno Coll: perficeqs

Benedicio super lectricem mense

℣ Saluam fac Ancillam tuam
℞ Deus meus sperantem in te
℣ Mitte ei dn̄e auxilium de sancto
℞ et de Sion tuere eam
℣ Conuertere dn̄e usquequo

Dn̄s custodiat introitū tuum et exitum tuū et aufferat a te spiritū elacionis

Capitulū in Visitatione B. M. Virg:

Ecce iste uenit saliens in montibus! transiliens colles: similis est dilectus meus Capreæ hinnuloqz ceruorum.

Collecta. Oremus

Omnipotens sempiterne Deus, qui ex abundantia Charitatis, Beatam Mariam tuo filio fœcundatam ad salutationem Elisabeth inspirasti præsta quæsumus: Vt per eius Visitationem donis cœlestibus repleamur! et ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per eundē.

℣. Ne nos inducas in tentacionem &c. ora pro nobis beata Agatha
domine exaudi: oremus

Deus Intercessionibus beate Agathæ Virginis & Martyris tuæ
quæsumus domine fructum clementiæ tuæ sentiant supplicantes
Cuius orationibus in Sancta Eclesia tua etiam eorum devotæ
Aefficiantur mentes per X: dominum &c: